4 patrẽ ꝛc. vt hic p eũ. ¶† Cõsidera tu lz Bar. nõ declaret qđ Bar. vult dicere effectualiter istã institutionẽ cõditionalẽ nõ vitiare testm̃. q1 est testm̃ mris z ℨ testm̃ mris nũq̃ cõpetit ius dicẽdi nullũ: q1 pteritio mris nũq̃ reddit testm̃ nullũ cũ semp habeℓ p exheredatiõe. §. fi. insti. de exhere. lib. solũ cessat, qñ fit bona mẽte, z ad puisionẽ filij z ei⁹ fauore. d. l. multi nõ note. ff. de lib. z posth. z lz Bar. videaℓ dubitare an istud hodie pceder ret p iura aut. attẽto qđ pteritio mris reddit testm̃ nullũ, sicut testm̃ pris. §. aliud quoq; capitulũ fm distinctionẽ gl. magistre. i. §. exheredatos. in aut. de her. z fal. Aduerte, q1. §. aliud quoq; capitulũ. pbat clare q illud pcederet ẽt de iure authẽticorũ. dr tex. solũ est eũ nostre serenitatis intẽtio pteritionis ꝛc. pondera illã dictionẽ iniuriã. ergo si exheredatio fiat bona mẽte z ad puisionẽ filij nõ est iniuria: ergo ius authenticorũ nihil loquiℓ: z cũ ista solutiõe trãseũt Bal. z Mod. presertim ℣au. z Are. ipugnãt istã scẽam solutionẽ Bar. q1 dr, qđ ista est expresse diuinatio ad istũ tex. ℣rio vr dicere, q i ista. l. filiꝰ habebat patrẽ. Scdo z forti⁹ q iste pr̃ esset tpis psona z malorũ morũ, ẽ turpis diuinatio, z cõsequẽter, q ista sol. cõtineat duplicẽ diuinationẽ, est fatua, z nihil valet. ego tũ dico q imo erat pr̃. Ante tũ quã defendã cõmunẽ itellectũ vr̃, q iste intellect⁹ possit forti⁹ impugnari, q1 si i ista. l. filiꝰ habuisset patrez nõ possum⁹ dicere, q istud tps. xiij. annorũ esset adiectũ fauore filij vt hereℓitas cõseruareℓ filio: q1 ẽt post pubertatez ista hereditas erit in totũ pris de isto iure digestorum, postq̃ erit impletũ tps, ista hereditas acquireℓ in totũ patri: lz hodie sit immutatũ. l. j. z per totũ. C. de bo. mater. cui ergo prouidet mater: q1 ista hereditas acquireret patri. Sed si diceres Bart. intelligit, q pater interim possit mori, sed stultũ est. Sz si dicerem, q esset emãcipatꝰ nõ differat nec differt. ℨsidera si posset saluari Bar. nã ista. l. loquitur in casu dubio. † Sed ego habeo
5 q in dubio presumiℓ filiꝰ exheredatus bona mẽte. ita dr Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. per. l. si patronus. §. si quis non mala mẽte. ff. de bonis liber. si ita est, ergo in ista l. mater presumitur exheredasse filiũ bona mente. z istud pater: q1 nõ exheredat mala mẽte: q1 nõ differt ad certũ tps. nũquid tũ illud dictũ Bar. sit verũ, videas Alexã. in. l. ij. §. e. vbi allegat Bar. And. tenere cõtrariũ. Videas ergo qũo reddant valde dubia oia dicta Bar. in ista. l. Aduerte ẽt vt nihil omittatur circa doc. Bar. quãtũ Bar. formãdo primã oppo. pro i troitu intellectu gl. vult q qñ filiꝰ est pteritꝰ a matre, qđ saltẽ fm iura nouissima aut. testm̃ ipso iure nullus per. d. §. fit aliud quoq; cap. gl. z doc. in aut. nouissima. C. de moffi. te. i hoc etiã errat Bar. fm ℣au. hic: q1 illud q dr, pcedit in oimoda preteritiõe. lz iste tex. nõ loquiℓ in isto casu. loquitur qñ mater instituit filiũ sub cõditione casuali, quo casu etiam testamẽtum patris non esset nullum: fortius in matre, eo q1 illa cõditio reputatur de legitima, z testamentum valet. prout ipsemet firmat in l. si pater. C. de insti. z substi. z ita etiam tenent communiter Mod. post Bal. ¶ In eadem gl. in fi. habes rationem dubitãdi ad istum tex. que fuerit ratio Bart. z doc. reprehendunt gl. z dicunt, q ista ratio dubitandi nõ est bona: quia imo substitutio vulg. potest conferri in tempus, in quo institutio sit nulla. l. ij. §. in. z. l. gallus. ℨ. de liber. z posthu. l. pater filium. ℨ. eo. vnde fm Bart. z doct. fuit melior ratio dubitãdi, vt hic p eũ, licet omnes ita transeant. mihi vr̃ quod Bar. male dicat: quia si bene consideras, videtur q Bart. reincidat in eundem defectum, in quo ipse reprehendit gloss. dicit ipse, dubitatio istius l. erat vt hic per eum. quia habebat querelaz: hodie habet ius dicendi nullum. certe ista ratio bene facit quantum ad gradũ institutionis: sed dubitatio est istius text. substit. vulgaris vtrum valeret. vnde sicut Bart. dicit quamuis institutio prima sit nulla, tamen substitutio vulgaris per hoc nõ redditur nulla quando annullaretur substitutio pupillaris: q1 pendet a testamẽto patris. l. ij. §. adeo. z. l. sed si plures. ℨ. e. sed quantũ ad substitutionẽ vulgarẽ de qua querim⁹. Istud nihil facit. nisi dixeris saluãdo gl. z Bart. q dubitatio isti⁹. l. esset, q1 fil⁹ erat pteritus. §. fi primo gradu, z a secundo gradu substitutionis z primo non erat omnino preteriꝰ, ex quo erat institutus ad diẽ incertũ, z sic sub conditione secundo erat omnino preteritus.

1 ☞ Substitutus substituti non concurrit cum primo instituto. z.

3 Existentia sui heredis an impediat substitutionẽ vulgarem.

5 Substitutio vulgaris facta in vnum casum an comprehendat alios casus.

6 Quamuis nepos superuiuens si repudiat hereditatem, non tamen admittetur substitutus: tamen si nepos esset mortuus antequam filius repudiaret, tunc admitteretur substitutus

§. Si filius.

¶ Summa vt hic p Bar. z ẽ valde dif
1 ficilis ſz eũdẽ. vt sic. † Substituꝰ substituti non cõcurrit cum primo instituto. h. d. ¶ Bzo intelligentia tex. oppo. ℨ tex. hoc ordine. nam isto tex. sunt duo instituti, filius z nepos. deinde Titius fuit institutus nepoti si heres nõ erit. ista ℨditio cuenit. q1 nepos nõ fuit heres: ergo substituꝰ dr admitti, q1 fuit purificata ℨdõ substõnis vel vt substituꝰ vel vt coheres. ℨtium decidit iurisco sulꝰ hic, q nec vt substitutus nec vt coheres admittaℓ, z ꝓterea dr tex. oimõ excludiℓ z ad obiectũ respondet Jurisco sultus in. l. in testõ. ℨ. eo. ti. q lz nepos z filꝰ instituti fm consiliũ Balli, tñ sunt duo gradus, nec nepos admitteℓ si filius sit heres, multominus siti⁹. facit. l. quidã testõ. ℨ. e. fm ℣au. de ca. importet, q nec possit venire nec vt substitutus nec vt coheres Titi⁹. Considera, nũqd ista dictio omnino, i plus se habeat quã dictio omnimodo: videℓ q nõ importet tantã vim dictio oino, quãz oimõ: tũ cõsidera p illud quod singulariter dicit Bal. z nõ legi alibi in terminis in. c. q to. de iudi. vbi dicit Bal. quod si cõcedatur
a omnimoda iurisdictio. per dictionem omnimoda a comprehẽditur omnis spẽs iurisdictionis z sic mixtũ z merũ imperium vt est gl. reputata sing. in cle. j. in verbo oimoda. de fo. compet. dicit ibi sing. Bal. q sec⁹ esset si princeps cõcederet oem iurisdictionẽ nõ cõprehẽditur ois species iurisdictionis. z sic vult Bal. q in plus se habeat dictio ommimodo, q̃ dictio ommo. z lz nihil alleget potes cõfirmare. nã dictio. ommimodo, est cõposita seu gemmata: ergo dr plus importare quã simpler. per regulã. l. balista. ff. ad treb. ex hoc potes dicere in ꝓpõito qđ dictio ommimodo plus importet, q̃ oino. hoc sit dictũ gratia cogitandi. alibi tñ not. Bald. in. l. fin. C. de ℨhend. empt. q lz dictio ommimodo sit precise significationis z recipiat interpretationẽ cõgruã. tex. in. l. stipulatus sum damã. z qđ ibi not.
2 Bar. ff. de ver. ob. ¶ † Scdo not. ex tex. q si testõr fecit plures gradus substõnis, puta tres vel quatuor, per additionẽ primi oẽs extinguuntur. z ad hoc no. Bar. in. l. j. in pmo. in. v. qo. ℨ. e. circa pmo. ¶ Tertio pondera tex. in verbo instituant. scdm Jmo. Alex. z Aret. hic, q fm cõsiliũ Balli etiã filius dr institui. cũ tex. hic dicat in plurali, heredes instituantur. z sic erit hic tex. ℨ opinionẽ Bart. posita in. l. si qs eũ. §. j. vbi dixi. ℨ. e. z. in. l. gallus. in pmo. ff. de libe. z posth. vbi tenet, q nõ sit necesse filiũ institui. satis est eũ noiare. tñ sustinẽdo Bar. potes dicere ad hũc tex. q tex. nõ dicit, q filius, z nepos debeat instrui. lz dicit q instituãt, q Ballo placuit. rñdet Bar. q Ballo placuit q sufficiat eũ noiare. ¶ Bl. fi. in verbo excludi, diuidit in quatuor ptes. ℑn prima allegat vnã cõcor. ad tex. vbi est idẽ casus sicut hic. ℑn scda assignat rõnẽ ad tex. ℑn tertia q̃rit de difficili. q. in qua arguit ad partes. ℑn quarta allegat aliã concor. ad tex. scda ibi, in locũ eñ. tertia ibi, lz pone qđ filꝰ. quarta ibi, z facit. j. de acq. he. ¶ ℑn ea. gl. ibi ad finẽ, p clara intelligẽtia gl. refero oia dicta Bar. Ex dictis Bar. vt clare z ordinate pceda⁹ vbi p alios cõfuse pcedit hẽs colligere quatuor principales cõclusiones. ¶ † Prima cõclusio Bar. est q
3 existẽtia sui heredis non impedit substõnẽ vulgarẽ, nisi qñ substitutio facta est in suitate. Rõ huiꝰ cõclusionis est, q1 vanum nomẽ sui heredis, qñ filius se abstinuerit nõ dr alteri nocere. z sic ita Jurisco sultus in. l. ij. §. lz si sint sui. ff. ad ter. i. l. j. §. si quis adita. eod. ti. istud idẽ qđ hic reassumpsit Bar. in. l. j. i princ. in
4 v. q. prin. ℨ. e. vbi fuit dictũ. ¶ † Scda cõclusio est, p quã Bar. defendit gl. q in terminis questionis gl. terminus conditio

si heres

si heres nō erit, intelligit cum esse possit ne sequatur absurdū, quod extraneus substitutus excludat ex omni capite nepotē ꝛ substitutū, ꝛ ab intestato cōtra presumptam voluntatē testatoris, ꝛ qz in ista conclusione residet tota questio, ꝛ difficultas istius materie, reseruo in fi. ¶ Tertia no. cōclusio est, ꝛ istam valde signa. qō substitutio vulgata facta in vnū casum non comprehēdit alios qñ agitur de excludenda persona, q̄ ex psumpta voluntate defuncti sit magis dilecta. Signa valde eam, qz p eā multū limitatur regula. l. gall⁹, in prin. ꝛ §. ꝛ quid si tantū. per Bar. §. de li. ꝛ post. ꝛ per Bar. in l. j. in ij. q. prin. §. eo. vbi regula tradit, quod substitutio facta in vnū casum extēditur ad alium. Limitat vt hic. Istam conclusionem tenet Pe. de Anc. in cons. cccxl. inci. ex serie testamēti sequitur simpliciter Aler. in l. j. §. eo. ꝛ in l. cum proponas. C. de her. instit. pro ista conclusione facit optimus tex. in l. fi. in fi. C. de instit. ꝛ substi. Ad idem facit q̄ vult gl. approbata, ꝛ ordinaria, in l. precibus. C. de inoffi. pub. Ad idē qz vna p̄sumptio fortior tollit aliam. l. diuus. ff. de in inte. rest. ti. generali, sicut maior similitudo tollit minorē, vt no. Bal. in l. siue possidetis. circa finem. C. de prob. ¶ Quarta cōclusio ex verbis Bar. si bene studuisti. q̄ in terminis que stionis gl. quamuis nepos superuiuens repudiaret, nō admitteretur substitutus: tamen si nepos esset mortuus ante, quam filius repudiaret, tunc bene admitteretur substitut⁹, ꝛ sic pōdera Bar. velle, quod in istis terminis non procedunt a pari repudiatio nepotis, ꝛ eius morte.

Adde Quod alibi Bar. aliter tenet in l. centurio. §. eo. vbi dicit, q̄ non est curandū, vtrum mater excludat morte, vel repudiatiōe, ad hoc vt substitutus ex tacita pupillari admittat. alle. lex in l. ij. §. sed si sint sui. g §. seq. ff. ad ter. Et pōdera subtiliter tu. qz in terminis Bar. ibi substitut⁹ venit ex tacita pupillari: q̄ tacita est omnino, omissa verbis: ꝛ venit ex cōiecturata mēte. l. iam hoc iure. §. e. ꝛ tū ille talis substitutus venit siue mater repudiet, siue p̄moriat: ꝛ inter istos casus nulla est differentia vt ibi dicit Bar. ergo fortius i casu nostro. in quo iste titius venit ex expressa substitutiōe, dz admitti. siue p̄moriatur. siue repudiet: qz nō est differentia: ꝛ tū Bar. hic facit differētiā. Sed dicetis. q̄ Bar. expresse rūdet. q̄ qñ nepos p̄mortuus erit ante filū, cessat absurdū qō militat qñ nepos repudiauit: q̄ vnus extraneus substitutus debeat sibi referri contra p̄sumptā voluntatem testatoris, qz respōdetur q̄ istud inconueniēs Bar. nō est considerabile. nā quod ille extraneus substitutus excludat nepotem, quando repudiauit, istud prouenit ex facto ipsius nepotis, qui repudiauit. Istud ergo non est inconueniēs: nec ꝛ voluntatē testatoris: qz damnū qō hz sibi imputari: vt in regula dānū. de reg. iur. in. vj. ꝛ sic pondera, q̄ hec differētia q̄ facit Bar. ꝛ eius rō inter repudiatione ꝛ morte nō est bona. ¶ Per istas quatuor cōclusiones habes enucleata oia dicta Bar. bono ordine. † Redeo nūc ad scdam principalem cōclusionem qua cōsistit punctus dictorum Bar. Barto. saluat cōclusionē gl. nō per ratiōes gl. qz eas impugnat, sz non ex cōsideratione: qz Titius substitut⁹ excluderet nepotem cōtra p̄sumptā voluntatē defuncti qō est absurdū. per l. cū acutissimi. C. de fideicom. ꝛ l. cum auus. §. de condi. ꝛ demon. Et probat Bar. vt hic per eum. nam pro certo Bar. nō videt bene loqui. etiam si loqueretur in terminis, quando nepos non repudiasset, nam Bar. facit vnum p̄suppositum, quod in veritate est falsum. p̄supponit Bar. q̄ iste nepos venire nō posset ex substitutione. ꝛ cōsequēter ex testamento: non etiā ab intestato: quia habet substitutum, ꝛ probat sic, nam cum iste nepos eliet impotens. ꝛ filius superuixit, ita q̄ nepos nūq̄ intrasmittat. impedit suitatē nepotis: istud est verū qñ nepos vellet venire tanq̄ suus: qz suitas nō capit nisi vnū gradum. §. sui. Iusti. de her. quali. sed cū iste filius primus repudiauerit here ditatē ꝛ nepos sit expresse institutus ab auo vt dicit textus, quāuis nō possit venire vt su⁹, tū potest venire quilibet vt institutus: ꝛ sic nō est verū qō ex substitutiōe venire non possit: tāto fortius fundamēti Bar. cessaret loquēdo in terminis gl. qñ ipse nepos etiā repudiasset: tunc cessaret absurdum. d. l. cuz auus. l. cū acutissimi. ex quo facto suo, id est sua repudiatione seipsum excludit. ergo apparet qō fundamentum Bar. nō est verum: p̄sertim isto secundo modo, cui respōderi non potest. ꝛ sic puto q̄ Bar. male loquatur. ¶ Considera. si posset defendi cōclusio gl. alio fundamēto, quo vtuntur Ang. ꝛ Alle. hic. nā in casu hu⁹. l. ꝛ gl. iste titius fuit substitutus posthumo nepoti nascituro post morte aui: q̄ sic loquitur consilium galli. cuz ergo iste nepos sit natus viuo testatore: ergo ex tali persona p quē ille nepos fuit factus substitutus: ꝛ ideo, si titius vellet venire ex substitutione, nō poterit. nam iste est alius tex. in cō modissime. ꝛ ibi Bar. ꝛ alij no. §. de lib. ꝛ posth. Bar. ꝛ doc. in l. gallus. in prin. ꝛ in §. ꝛ quid si tantum. eo. tit. sed aduerte, qz gl. aperit in qō. quā formar vtrū iste nepos natus fuerit in vita aui vel post ei⁹ morte. solū dicit de filio q superuixit post mortē. ꝛ qō ipse ꝛ nepos repudiauerūt. ergo nō aperit gl. vtrū nepos fuerit natus viuo testatore vel post ei⁹ mortē. ꝛ sic videt qō decisio gl. quā approbat Bar. non fundet bona rōne. Aduerte etiam q̄ fundamentum Bar. ex alio confundit. dt Bar. q̄ nepos substitutus nō pōt venire nec ex substit. nec ab intestato. primū. p bat: qz substō facta i suitate ergo impedit ppter suitatē filij: istud. re p bani supra. Subdit Bar. qō ēt nepos nō possit venire ab intestato p regulā. l. quādiu hic adest substitutus i. git ꝛc. ¶ Istud assumptū vt falsum qz cū iste Titi⁹ sit substitut⁹ sub cōditione si fil⁹ viuo testatore moriatur fatētur gl. ꝛ omnes ꝛ ista conditio deficiat, qz filius superuixit: ergo dato q̄ repudiauerit, certe substitut⁹ erit omnino exclusus. text. est in l. filiusfa. §. cū quis. j. de leg. j. ergo apparet. quod in totuz est extincta cā testati. ergo nepos nō impedit ab intestato venire, ꝛ si hoc fundamētū est verū, decisio gl. ꝛ Bar. est falsa. Reperio qō etiā cōtra gl. ꝛ Bar. hic ponderat Are. ter. in l. cū iuuestō. in prin. §. ti. j. in rōne decidendi, quē ter. allegat gl. vbi iuriscōsult⁹ determinat. iō titiū substitutū non admitti: eo, qz filio adeūte voluit eum succedere ex sedo gradu, ꝛ nō ex primo, vult ergo ibi ter. in rōne decidēdi ꝛ si primꝰ ibi nō adiuisset, q̄ loc⁹ fuisset substitutiōi. ꝛ sic est ibi ter. in rōne decidēdi ꝛ opi. gl. ꝛ Bar. cū ista iductio veniret effectualiter a contrario sensu. Ego puto qō ille ter. nihil faciat qūocūqz induceat eo qz illi ter. sicut nec alii loquūtur i terminis in quib⁹ gl. ꝛ doc. formāt qō. nisi istud capiam⁹ p quādā cōiecturā a contrario nisi dicere qō imo in illo ter. opponunt termini. q. gl. ibi eū fil⁹ fuerit post mortē p̄is, patet qz adiuit solū. ergo excludit substitutus illa rōne. qz nō erat substitut⁹ primo ꝛ sedo immediate q̄ uis sit necesse verūqz excludi. ergo in casu qñ filius superuixit nisi adiuisset ꝛ sic nisi prim⁹ loc⁹ fuisset impletus certe ibi pcul dubio admitteret substitutus: tū (vt dixi) iste iductiōes q̄ vemūt a cōtrario sensu nō videnť multū reales. ¶ † Altio, p cōplemēto istī⁹ materie vt nihil omittat, cōsidera circa fundamētū gl. q̄ illa cōditio si heres nō erit, intellig. ť cū possit. Vltra dicta per Bar. ꝛ alios nūquid est fundamentū gl. sit cōtra istum ter. dicit enim tex. q̄ titius erat substitut⁹ nepoti, si heres nō erit iste nepos nō est nat⁹ ꝛ sic impossibile fuit quod esset heres. ꝛ tū ter. vult q̄ ideo substitutus excludatur quia filius adiuit: ergo si filius non adiuisset substitutus admitteret: ergo si illa conditio, si heres erit, nō requirit. quod possit, quia hoc nō poterat. qz hic non est nat⁹. ꝛ si diceret ego fateor siue fil⁹ adiuisset vel nō quod tū substitutus nō veniret, qz conditio, si heres nō erit. p̄supponit potentiā vt dicit gl. credo, q̄ esset pessimum dictum: qz si filio nō adeūte, tamē substitutus nepotis nō posset venire: inepte esset ponere ꝛ dubitare qñ fil⁹ adiuit tū vt nihil omittat circa p̄dicta, qz posset defendi rō ꝛ fundamētū Bar. ab obiectis. Nā in primis: verū est, q̄ nepos ex testō venire nō pōt qz est institut⁹ sub cōdōne si fil⁹ viuo testatore moriat ꝛ sic ex necessitate. cū ergo filius superuixerit desicit cōditio institutionis nepotis: ergo nepos excluuit, nec potes dicere per l. fi. C. de posth. here. instit. q̄ posthum⁹ instituꝰ in vno casu intelligat in alio, qz loquit in posth. q hz de necessitate institui. sz hic qñ superuixit fil⁹ primi gradus nepos nō pōt institui: i hoc ergo fateor q̄ ex testō venire nō pōt. puctus est in alio de quo facio capitale qō ex q̄ nepos repudiauit ꝛ sic testō suo excludeť cessat absurdū. l. cū auus. ꝛ l. cuz acutissimi. ꝛ sup isto fundamēto me fundam. Dicebat heri p aliquos scholares q̄ etiā istud de repudiatione nō hz p̄iudicare fundamēto Bar. nā dicit ipsi qō ex quo nepos nō pōt ex testō succedere qz superuiuebat filius ꝛ sic deficit qdō institōis, p gñs eius repudiatio fuit de facto qz de iure nihil iuris poterat repudiare: illa ergo repudiatio q̄ fuit facti nō dz esse in cōsideratiōe. ita dicebāt mihi heri scholares aliq. put fatenť Raph. ꝛ Alle. dicebā ꝛ dico q̄ gl. ꝛ Bar. q loquuntur cum mysterio filij ꝛ nepotis non intellexerūt de repudiatione facti. Dico esse aduertēdū qō Bar. vult tenere cū querit an nepos ab intestato an vero substitutus ex substōne debeat admitti. ꝛ cōcludit q̄ fauore nepotis substitut⁹ nō veniat. ego adhuc dico, q̄ nepos repudiādo sibi p̄iudicauit, ꝛ dico q̄ ista repudiatio fuit de iure ꝛ nō de facto: qz iste nepos repudiauit successiōi ab intestato. ita expresse dicit Pau. ꝛ Aler. hic. nā dicit Pau. q̄ iste nepos repudiauit ita q̄ nō vult venire ex testō nec ab intestato q̄ aūt repudiauerit ab inte. q̄ hz ipsi nō. p bent, p bo: qz ex quo nepos simpliciter repudiauit successiōi ex testamento remittare nō poterat qz in illa nō habebat ius: intelligit renūtiare ab intestato vt renūciatio intelligat eo ipō quo pōt habere effectū. qñ qs nō hz nisi vnū ius ꝛ simplr renūciat intelligit illi renūtiare. l. si dom⁹. ff. de ser. vr. p̄d. sec⁹ si plura iura haberet. ex

¶ Omnimoda. Adde. Ab. in c. 2 questus. de foro comp.

¶ Contrariorū. Adde Cyn. in l. vnica. C. de cad. tol. Bart. in cōtrariū. in §. sacra. ff. de verbo. obli.

go si renũtiauit ab intestato ꝛc. cessat ergo absurdum Bar. qꝫ repudiauit facto suo.

LEX XXXIIII.

2 Substitutio facta vltimo morienti intelligitur facta ambobꝰ si simul moriantur.

3 An substitutio facta vno casu extendatur ad alios.

4 Procurator cõstitutus ad litem in singulari intelligit̃ & constitutus ad lites in plurali.

5 Licitum est argumentum a contrarijs.

1 **Lex duobus.** ¶ Supremus dicitur quez nemo seqꝫ, ꝫ nemo ꝑcedat. Et primus dicitur nõ soluz quẽ nemo precedit sed etiam quem nemo sequit̃. vel sic. Substitutus vltimo morienti succedit omnibus simul mortuis. Diuidit̃ i tres In prima thema, & decisio. In scda ratio decidendi. In tertia cõprobatio per casuz cõtrariũ. scda ibi qz supꝛem⁹. tertia ibi, si

2 cut & ecõtrario. ¶ Not. ex isto tex. q substitutio facta vltimo morienti intelligit̃ facta ambobus si simul moriant̃. habes de hoc melioꝛẽ tex. & plenioꝛẽ in l. qui duos. in ꝓin. ff. de re du. allegata in gl. Extende istũ tex. etiaz si isti impuberes diuersis temporibꝰ decessissent, tñ nõ gstaret qs primo, qs scdo adhuc substitut⁹ ad vtriusqz successionẽ admittit̃. tex. est not. in l. qui ex liberis. in ꝓin. ff. de bo. poss. fin tab. ꝓ quẽ tex. supplet̃ ista.

¶ Contra istud no. & istũ tex. op. Bar. vt hic ꝓ eũ. cum ista deci siõe Bar. träseũt. idifferẽter oẽs, ita ẽt rñdet Bar. in d. l. qui duos. & plen⁹ i l. hoc articulo. ff. de he. inst. ꝛz aduerte qz ista so. Bar. vꝫ ꝫ istũ tex. in rõne decidẽdi. nã q in ista lege substi. admitta t̃ ad heredi. vtriusqz, istud nõ ꝓuenit ex ꝓsumpta volũtate testoꝛis vt dt Bar. nec in hoc se fundat iste tex. ꝛz Iurisco sultus hic & in d. l. q duos. fundat se in ꝓpꝛia significatiõe vocabulorũ. & sic super ꝓprietate verboꝝ: qz ille dr supꝛem⁹ post quẽ nemo est mortuus, quãuis nemo ꝑceperit: misi diceres alsalvando Bar. eo modo quo potest. q Iurisco sultus fundat se in proprietate verboꝝ respectu termini. supꝛem⁹. sed Bar. loquit̃ respectu relatiui, q. sed istud nõ satisfacit: qz illud relatiuum q respicit aliud. ¶ Scdo põdera hic esse tex. no. & egregiũ, q sicut substitutio facta vno casu extendit̃ ad alios: qz in substitutiõe sit largissima interpretatio. l. gall⁹. ff. & qd si tñ. ff. de lib. & post. & Bar. i l. j. i v. q. ff. eo. hic est tex. egregius, q substitutio facta i singulari & relata ad vnũ extendit̃ ad plures, & hoc ex presumpta volũtate defuncti inheredo ꝟbis Bar. Istud cõfirmat gl. qz dispositio facta in singulari extendit̃ ad plurale. allegat. l. q filiab⁹. ff. j. ff. de leg. j. & sic gl. sentit istud no. tñ tex. in d. l. qui filiab⁹, nõ facit: qz ibi non est simpliciter numerus singularis, se d cũ adiuncto, si qua. Similiter nec in isto tex. videtur esse simpliciter numerus singula. sed cũ adiũcto supꝛemus. tñ

3 nota istũ tex. ad istã regulã. † Adde & aliũ tex. in l. cũ inter veteres. C. de fideicõ. libe. per quẽ tex. no. alibi exꝓesse Bar. quod numerus sing. accipitur ꝓ plurali nõ ex vi numeri, sed ex mente loquẽtis. Adde illud, q vult sing. Jo. And. in add. Spe. i ti.

4 de proc. ff. sãut forme i ver. qd si sit instituꝰ. & cõcludit, q ꝑcuratoꝛ cõstitutꝰ ad litẽ i singulari intelligit̃ cõstitutus ad lites.

¶ Preterea qz forma mãdati est diligẽter custodiẽda. l. diligẽter. ff. mãdati. & si illud ꝓcedit i mãdato, multo fortiꝰ i vltimis volũtatibꝰ. ¶ Tertio adde no. do. Bar. i l. j. ff. & si icertũ. ad fing. ff. de vẽ. i pol. vbi tz, q qñ lex loquit̃ i sing. i ꝑsona vniꝰ sin. vꝫ tñ loqui vniuersaliter, & illa persona vꝫ adiecta gra exempli tñ Bar. ibi ex ꝓcedẽtibus (si bene inspexeris) vꝫ limitare, nisi simus in materia odiosa, qz tũc numerus sing. nõ accipitur ꝓ

5 plurali. ¶ † Tertio no. ibi sicut & ecõtrario, fin Bal. & Mod.

a q licitũ est arguere a contrarijs cõtrariorũ. a eadẽ est disciplina. l. j. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. intellige si est eadẽ rõ, secꝰ si diuersa. gl. in cle. fi. j. de app. Bald. in l. preses. C. quomodo & qñ iudex. habes bonum tex. in l. si quis negotia. ff. de nego. gel.

a ¶ Dictionẽ qs quis. adde. c. qm de cõiu. leꝓroso rum.

¶ Bl. in verbo heredẽ diuiditur in quatuoꝛ. in prima allegat concoꝛ. in secunda respondet tacite opp. in tertia ponit vnuz dictum. in quarta oppo. & sol. dupliciter secunda ibi, licet sing. numer⁹, tertia ibi, & ideo de vtriusqz. quarta ibi, sed contra.

1 ☞ Substitutio pupillaris facta per verba, quisquis mihi heres erit, sit heres filio meo, non porrigitur ad primum heredem qui repudiauit, sed ad eius substitutum vulgarem qui ẽt venit ex iudicio testatoris.

2 Dictionis quisquis, effectus. ꝛ. cum multis seq.

1 **§. Filium.** ¶ Summa vt ꝓ Bar. † Not. q substitutio ꝓ, facta ꝓ ꝟba, qsqs mihi hꝰs erit, sit heres filio meo, nõ porrigit̃ ad primũ heredẽ, q repudiauit, ꝛz ad ei⁹ substitutũ vulgarẽ q ẽt venit ex iudicio testoꝛis, & isto addi tur ad l. q uberis. §. hec verba. ff. e. ¶ Bl. in ꝟbo ꝓris quoqz diuidit̃ duas ex medulla Bart. In prima timore taciti ꝛry ponit rõnẽ ad tex. i scda rñdet tacite, q. ij. ibi sec⁹ tñ si. ¶ † Ex ista

2 prima ꝑte gl. habes colligere duas ꝯclusiões. Prima q rõ hui⁹ tex. sit ꝓpter dictionẽ, qsquis. a qz cũ sit distributiua nõ põt de ꝓprietate sermonis referri ad vnũ, & sic nõ põt verificari i pauciorib⁹ q̃ duob⁹. Tu aduerte inquãtũ Bar. & doc. dicũt q est melioꝛ rõ Dy. q̃ rõ gl. doctrina Bar. q̃ sequit̃, ostẽdit oppositũ: qz si dictio qsquis, nõ põt verificari i pauciorib⁹, q̃ duob⁹ de ꝓprietate sermonis. ergo vera est rõ gl. q̃ qdẽ punctualiter

3 dicit. † Scdo vltra gl. habes aduertere, q in isto tex. nõ soli ẽ dictio distributiua. qsqs. ꝛz ẽt addit pluralẽ loquutionẽ er suꝑascriptis, qsqs mihi ex suꝑascriptis. posito ergo, q dictio qsqs, possit verificari in vno: tñ dictio, ex suꝑascriptis, nõ põt verificari i vno. l. si. ff. ad treb. facit regula. l. vbi numerus. ff. de testib. illa ergo dictio ex suꝑascriptis. necessario compꝛehẽdit substitutũ. Tertio aduerte inquãtũ Bar. rũ. ad l. si in testõ. §. j. si qs omiſ. cã testa. allegatã ꝑ Dy. & Bar. q erit̃ ẽtiã cõditionis ꝑt bene verificari postea in vno. ita loquitur ille tex. ꝛz principalis sermo a ꝓncipio dz esse d pluribꝰ. saltẽ de duob⁹. ista ratio, put ẽt ꝓpendit Are. hoc vꝫ de directo ꝫ illũ tex. qz imo ibi tex. loquit̃ i principali locutiõe & nõ i executiõe. & principalis

4 loquutio ibi d necessitate referr̃ ad vnũ: qz ad plures referri ꝑt. ¶ † Scda principalis cõclu. colligit̃ ex hac gl. bñ inquieti qs si plures heredes fuissent instituti i vno gradu vno repudiante substitutus vulgaris cui venit ex vulgari non admitteret simul cũ eis ad subst. vulga. p illa verba. q ſqs mihi hꝰs erit: qz talia ꝟba dũt intelligi de instituto in primo gradu. si pñt. Si autem nõ esset nisi vnꝰ heres, tũc dictio. qsqs. dz verificari duobus. Ista gl. i ista scda cõclu. reꝓhẽdit Dy. & antiq. & Bar. & doc. hic. imo ẽt isto casu substi. vul. admitteret. rõ. qz venit ex iudicio exꝓsso testoris. l. q uberis. §. hec verba. ff. e. & istud idẽ bar. firmat in duob⁹ locis circa ꝓin. illi⁹. §. sed aduerte lz ista glo. cõiter reꝓhẽdat. tñ ꝑ ea habes fortẽ tex. i l. quidã referũ. §. q si duo. ff. de iure cod. vbi est fortis. & mirabilis tex. q ista verba. qsqs mihi heres erit, referunt̃ ad institutos i ꝓio gradu & nõ ad subst. & ibi Bar. exꝓsse illud no. ex illo tex. & stringit fortiꝰ illũ tex. qz loquit̃ qñ grauamẽ est inũctũ ꝑ dictionẽ qsquis mihi heres erit det titio cẽtũ: & vult, q nõ solũ cõpꝛehẽdatur instituti in ꝓio gradu, sed ẽt substituti & tñ i grauamine. si cõ

1 pꝛehẽdãt instituti i primo gradu. q sunt magis dilecti, fortius deberẽt cõpꝛehẽdi substituti ꝑ regulã. l. Publ⁹. §. Titia. j. de cõd. & demon. & tñ nõ veniũt substituti: ergo multomin⁹ i substitutiõe q̃ ẽtinet cõmodũ & fauoꝛẽ dñt venire substituti. Rapha. cu. rñdet hic tenẽdo sol. Bar. in d. l. quidã referũt q dz intelligi. qñ dictũ est. qsquis ex institutis nõ venit substitut⁹, ita loquak ille tex. secꝰ si loquak. qsqs mihi heres erit. & sic simpliciter. Are hic aliter rñder, q ille tex. loquit̃. qñ agit de grauamine, tũc veniũt instituti. & nõ substituti: secꝰ si ager ex de substituto sic fauoꝛe: qz nomen hꝰdis capit̃ largi⁹, & repugnat regule. d. l. Publi⁹. §. Titia. Reperio qs idẽ Are. in l. q liberis. §. hec verba. dat aliũ intellectũ, quẽ ẽt esse suũ nouũ intellectum & valde pulchrũ. & dt sic ꝑ ista ꝟba. qsqs mihi hꝰs erit, nõ solũ veniũt instituti in ꝓio gradu. ſz etiã substituti. attẽto q substituti veniũt exꝓsso iudicio testoris. d. §. hec verba. Fallit qñ essem⁹ in casu in quo põt resultare cõiectura. q testatoꝛ itellexit de inst. & nõ subst. & dt istũ esse casum peregrinũ. d. l. quidã referũt. vbi eñ testatoꝛ credebat illos, quo istituerat heredes viuere. cum in veritate essent mortui. & ꝫ credebat, q illi essent futuri heredes. & daturi illa cẽtũ, si ergo eueniat ꝫ intẽtionem testoris q illi heredes sint mortui tpe facti testamẽti, ꝑpter istã gratiã grauamẽ nõ ertẽdit̃ ad substitutos. istum dicit esse ꝓprie casum. d. §. qs si duo & nouũ. Mihi nõ placet iste intellectus. & de directo cõfundit̃ per illum tex. in ver. multoqz magis. nam in illo ver. multoqz magis. bñ loquitur, qñ credebat viuere. ꝛz erat mortuꝰ. ergo in ꝑcedẽtib⁹ loquitur qñ heredes viuebãt. Preterea iste intellectꝰ ꝓcederet respectu vnius heredis quẽ testatoꝛ credebat viuere, cũ esset mortuꝰ. est ergo necessariũ dicere vt ibi dicit Bart. q ibi intelligat̃ qſquis mihi heres erit.

5 ¶ † In ea. gl. in fi. habes ex gl. no. cõclu. q ꝛz ista verba, quisqs mihi heres erit qñ referũtur ad commodũ, concludunt etiam substitutos. ꝛz reꝓhẽdũt nisi scriptos heredes: tñ qñ talia verba referunt̃ ad grauamẽ, vt qz dicit, quisquis mihi hꝰs erit det Titio cẽtũ, tũc ista verba plen⁹, & largius significant: qz imporꝛẽt non solũ scriptos in testamẽto, sed etiã venientes ab intestato. Ex hoc habes corrolarie inferre duas pulchras conclusiones. Prima est q ista verba quisquis mihi heres erit plꝰ iportãt. qñ tractatur de onere, q̃ qñ tractatur de ꝓmodo.

¶ † Scdo & notabilius habes ex gl. q ista verba, quisquis mihi hꝰs erit, habẽt vim clausule codicillaris: & sic important, q legata intelligant̃ repetita a venientibus ab intestato, & ad hoc Bart. circa fi. multũ no. istã gl. & eam reputãt sing. Bal. Imol. hic & Ang. in l. j. ff. de iure codi. qs nunquam obmittas. Con

clusiue

clusiue primo Bar,tenet cõclusionẽ gl.q; in grauaminib⁹ in iunctis per ista verba,quisquis mihi heres erit.si vocant scripti heredes,qui sunt magis dilecti testatori.fortius veniũt ye niẽtes ab intestã,q sunt minus dilecti.Adẽ sequunt Bal.Ange.z Sal.hic.z Bau.in l.eã quã.C.de fideicõ.Cõtrariam opi. tz Alb.hic.de Reap.Imol.z indifferenter omnes Mod.hic, z dicit Are.q ista opi.gl.z Bar.est euidenter falsa:q; caret oi fundamẽto.Cõtrariũ ẽt tenet Bar.z Ang.in l.fi q; cum nullum.ff.de iure codi. Allegã.hic.z in l.qui liberis.§.hec verba.ff. eo.moti per gl.in l.si in testamento.in prin.in glo.j.ff.si qs omis. causa est,vbi gl.expresse tenet istã opi,z glo.in l.que conditio. in prin.ff.de cond.&inst.z gl.ũ.i l.eam quam. C.de fideicom.Cõtra Bar.mouetur in primis pro ista parte ponderat text.in l. si plures.j.de leg.iij.Nec ob.sol.Bar.q; illa equiparatio pcedat,quo ad scriptos in testamẽto.quia talis responsio z restrictio facit violentiã ad illũ text.nec est verũ fundamentuz Bar. quod si testato: grauauit onere heredes quos magis dilexit ergo fortius veniẽtes ab intest.quos minus dilexit.q; si istud esset verum,sequeretur,q; non haberet locũ regula.l.eam quã. C.de fideicom.l.si nemo.ff.de test.tute.vbi non adita hereditate,non debentur legata.Non obsl.si q; ẽ nullũ.in qua se fundat gl.vera.sol.est,vt dicebant illi.quos refert Bar,q; ibi nul
7 lum erat conditũ testamentũ.+ Teneas istã sẽtam opi,q; per ista verba,quisquis mihi heres erit.det centũ Titio.nõ intelligunt grauati venientes ab intestato:pro ista conclu.Bar.in l.si quis cũ nullũ. allegat bonũ ter.in l.quidã referũt.in ver. si q; duo.ff.de iure cod.z l.Bar.nõ inducat.credo,quod voluerit inducere,q; per verba ista.q;squis mihi heres ꝛc.cẽsent substituti:nec intelliguntur grauati,si ergo nõ vident grauati substituti,qui venũt ex expresso indicio testatoris, minus ergo intelliguntur grauati venientes ab intest,tamen si diceres(vt ibi dicit Bar.)non faceret scilicet quod subaudiatur quisquis mihi erit heres scilicet ex institutis.

1 ☞Expugnato testamẽto patris per contra tabulas.subsistutis pupillaris valet,z legata a substituto in tabulis pupillaribus omnibus debentur:secus si per querelam,z quare,z.

§. Etiam.

1 +Expugnato testamẽto patris p q̃ta. sub sti.pup.vz z legata a substituto in tabulis pupil.oib⁹ debent. Bl.diuidit in quinque partes. In prima figurat casum.z cũ mysterio ponit filiũ emãcipatũ pteritũ: q; si filius in ptãte eẽt pterit⁹ testũ esset ipso iure nullũ.l.ii pr.ff. e. In secũda p viã q̃nis opponit ẽ tex. In tertia addit duas differẽtias iter q̃relã z q̃ta. In quarta remouet vnã op. In quinta aliã,secũda ibi,z q̃ro hic.tertia ibi,inde est, quarta ibi:z fz hoc
2 nõ obst.quinta ibi,Irẽ nõ ob. + In ea.gl.ibi,inst.de bo.pos. §.quos autẽ.habes ex gl.rõẽ differẽtie, z verã. quare expugnato testamẽto patris.p querelã,rumpitur etiã pupil.l.Papinianus.allega.in gl.z tũ expugnato testamẽto patris p q̃ta, non rumpit sub.pup.vt hic,z l.se,z rõ est quia vltimo casu testamẽtũ vz de iure ciuili,ideo sustinet substi.pupil.contra istaz rõnem gl.opp.antiqui z Bar.vt hic p eos: nam licet bo. pos. q̃ta.tab.non rumpat testũ ipso iure,rumpit tũ in effectu. quo ad effectu ꝛc,cũ ista ratiõe trãsit simpliciter Sa.hic z cõmuniter Mod.licet Bal,conetur dare aliam, quã impugnant Mod. Ego puto.q; huic difficultati debeat aliter. z clarius responderi:ideo nõ curaui referre dicta per alios. Inquantũ arguit Bar.q; licet bo.pos.q̃tab.nõ rũpat testũ q; effectu,ergo similiter bo.pos.cõtra tab.fz ipso iure nõ rũpat testũ patris.tũ q; effectu:q; aufert successionẽ.ergo similiter substi.pupilla. Primo aduerte.q; bo.pos.q̃ tab.nõ tollit etiaz in effectu.patris testamẽtũ.q̃ in illo est script⁹ aliqs de liberis. istud dicit rec. i l.is q; i ptãte.§.sed si script⁹.ff.de leg.prestã.vbi dicit iurisco̅sultus nã pto: hac ratione cũ tuet.q; de liberis est.sed q̃ est institut⁹ extraneus.tũc bo.pos.q̃ tab.bñ expugnat in effectu.q; pteri to effectu q̃.aufert.ab eo successionẽ.tex.est in Lcũ e mãcipat⁹. in prin.z ibi gl.declarat.ff.de cõtrab.z tex. in l.filius.in prin.j verbo mihi latuit ex hereditate.ff.e.fz in lege nostra presuppo nim⁹.filiũ institutũ.ergo q̃ ta.non expugnat ẽt in effectu.istud est q; ppzie vult dicere Bar.q̃ dicit.q; substõ pupillaris cõseruat⁹ illũ tex.dico mel⁹.q; institutio.z substõ z ista sol.indubitãter,pcederet,q̃ fili⁹ institut⁹ non q̃tab.fz gl.i figuratione casus presupponit,q; fili⁹ iusti.beneficio pteritionis q̃tab. obstaret,opp.Bar.quã facit de l.filiuz.§.oibus.rñde ergo alio sẽdo modo ad difficultatẽ Bar,q; sub,pupil.ad hoc vt valeat sufficit testũ valere de iure ciui.quãuis careat effectu,z nõ duret,nec valeat de iure pto,istud assumptũ,pbat text. in l.si fili⁹ qui patri.vbi sola fuit as elisa p abstẽtionẽ q̃firmat tab.pup.z ffi est sine effectu vt ibi. z l. fili⁹ q; se paterna.cũ l.seq.ff. de acq. he.iucta.l.ũ.§.sed z si sint sui.i ver.ne nudũ nomẽ.ff.ad Tertyl ecce qualiter ista iura aperte pzobãt q̃ q̃ testũ patris valẽt mero iure licet nõ i effectu.tũ vz sub.pup.ergo apparet euidẽ
3 ter,q; ar,Bar.mihil vz,z istud ego teneo. +Circa pdicta restat vna dubitatio,quam Bar. omisit in hac l.oblitus,fz resumpsit in l.se,in fi.nã habemus q; bo.pos.q̃ta. aliqñ rescindit testũ de iure ciuili,z reducit rẽ ad casum intestati.z est quãdo intẽtak p filiũ pteritũ.aliqñ sit adita hereditas per scriptũ herẽ dẽ,z expugnat testũ de iure ciuili.istud tenet gl.in ver. petita. in l.vt liberis.C.de col.iur.quidisto casu bo.pos.q̃ta. expugnaret sub.pu.Bar.in l.seq.in fi.dicit,q; sic.vt ibi p eũ.z cum illa respõsione Bar.trãsit simplr Sal.hic. Tu aduerte q; Bal.z Raph.dicunt.q; dicit q̃ terminos iuris:q; bo.pos. q̃ta. nunq; expugnat testũ de iure ciui.etiã si intẽtek anteq; script⁹ heres adeat,allegãt no.in l.C.de bo.pos.q̃ta.sed est ter.formalis,quẽ allegat Raph.cu.hic in l.filiũ.ff.de q̃ta.vltra cum stringe illuz
4 ter.in j rñ.vbi dicit q; si emancipatus pteritus p̃ius intentauit q̃tab.q; postea script⁹ heres potest repudiare her. ergo apparet,q; post intentatam bo.pos.q̃ tab.adhuc potest adire alias p regulã.j.nõ põt.ff.de acq.her. Tu aũt dic.q; fz prima verba Bar.illud sonare videant,dñ dicit.q; aliqñ bo.pos.q̃ ta. expugnat testũ de iure ci.tũ ipsemet Bar.seipsuz declarat nõ esse ppter cõtra ta.fz eo,q; scriptus heres nõ adiuit,z iõ p nõ additionẽ hereditatis testamẽtũ expugnat de iure ciuili. z ita seipsum declarat Bar.in l.illud.in prin.de contra tab.Bal.alter respondet,z bene,q; hereditas nõ adeatur per scriptũ herẽdẽ metu bo.pos.cõtra ta.tũ sola suitas cõfirmat ta.pu.p reg. l.filius qui patri.§.e.z si diceret pone,q; hz donationẽ coheredis extranei z datio coheredis extranei tollit suitatem.l.si fratribus.vbi no.C.de iure delib.respõdet bene Bal.q; datio coheredis tollit suitatẽ,quãdo durat in effectu: secus, qñ expugnatur.z istud est no.z singularissimum dictum secundũ Bal. no.q; est pulchrum.z egregium dictum q̃ sequitur Birge.de Are.vbi late in §.liberis.Insti.de pup.Cõfirmat ex tribus.pmo ex eo quod vult idẽ Bal.in l.si mater.§.fi.per gl.§.c.vbi tenet quod datio vulgaris substituti non tollit suitatem quãdo efficit caduca,vel qñ non hz effectũ.Secũo facit.q; vult gl.sin. in l.Papinianus.§.quarta.fi.de in.offi.test.vt i glo.fz q; datio vul.substi.nõ tollit suitatẽ,qñ substi.repudiat. Tertio facit.q; datio coheredis extranei nõ tollit suitatẽ:quãdo ille coheres repudiat:q; est sine effectu de veritate istarũ vltimoz̃ l.oc loco nõ examino p nũc,sed vide p Aler.in l.si filius heres.§. de lib.z posth.vbi dicit,q; istud vltimũ est cõtra ter,in l.fz si plures.§.filiũ.§.e,sed principaliter dictũ Bal.reprobat.Imo. bona ratione,z mihi placet, q; imo p dationẽ coheredis extranei aut substituti tollitur suitas a pmo.licet postea rumpat datione coheredis extranei,q; militaret ratio doc.q; per dationez coheredis extranei testoz nõ est cõsulus puisiẽ legis.ista est rõ Bar.z doc.in l.filiꝰ q; patri.§.e,z in l.apud Iulianũ.j. ad treb.

LEX XXXV.

1 ☞Licet pupillus impugnet testamentum patris per contra tabulas,durat tamen pupillaris substitutio.

2 Contrariorum eadem disciplina.z idem operatur proposituz in proposito.q; operatur oppositum in opposito.z.

4 Substitutus pupillari,tenetur prestare legata omnibus etiã extraneis quãuis ipse pupillus non teneatur.misi cõiunctus.

5 Pater filio pupillo instituto.z ei pupillariter Titio substituto.si relinquat vxorẽ dominã massariã,z vsufructuariam,quo casu si habet filios debent ei solũ alimenta,alias integer vsufructus,an substitutus teneatur ad integrum legatum.

8 Vide in aliquo istituta fz in minus legitima,an cẽpere atq̃ relq.

Et si cõtra tabulas.

Ista lex fm. Bar.reputat difficilis,z hz tres ptes fm Bar.z sic diuidit in
1 tres vt hicp eũ. +Ho.primo q; hz pupill⁹ impugnet testũ pris p q̃ta.tũ durat pu.sub.vñ.pbat iste tex.iucta.l.is q; §.e.q; fz ille.q; impugnat testũ pris p q̃ ta.reddat idign⁹ quo ad succedẽdũ pupillo ex subst.pu.vt ibi.z l.post legatũ.§.q pncipale.ff.d̃ his.q.vt idi.tũ ipse pupill⁹ q̃ tab.nõ efficit idign⁹.q; ei succedat ex pu.subst.rõ diuersitatis ẽ q; idignitas de qua loquit.l.is q; q̃.§.e.facit locũ fisco excludẽti subst.hoc nõ pt face
2 re:q; noceret hr̃di. +Scdo no.j r̃.fi.tria p ordinẽ.)Primo fz gl.z doc.q; ẽziozũ eadẽ est iuris dispositio.l.fi.§.fi.de le.iij.ff.de his q; sunt sui.alibi dz q; ẽziozũ vnũ z idẽ est statutũ.cũ venissent,z ibi Bal.no.de iudi.vbi per hoc no.z infert qd qñ exceptio ex forma statuti nõ pt pbari p testes, qd simplr actio z replicatio ñ poterit pbari.Alibi dz q; ẽziozũ nõ solũ eadẽ est disciplina,fz etiã eadẽ est potentia.ibi no.Bal,in Lab emptore.per illũ ter.ff.de pac.Alibi dicitur q; ẽziozũ idẽ est modus significandi.ita no.Bal.z Aler.in l.ex duobus. per illum text. §.eo.vbi viri.Alibi no.Bal.in c.solicite.extra.de restit.spo. q; sicut renũciatio bñficij pt pbari p testes vt ibi ẽ tex,ita z colla

tio beneficij vt ꝯziozum eadē sit disciplina. Limita ꝑdicta no. vbi est eadē rō. alias secus: ita ꝺt gl. in cle. fi. de app. Bart. in l. inter stipulātem. §. sacram. de verbo. obli. z in l. fundo. ff. dē rei ven. Sal. in l. si ꝑses desertā. C. qūo z qñ iudex. z in l. vnica. §. ꝑ scdo. C. de cad. tol. in vij. opposi. bene facit qꝺ pulchre decidit Bal. in l. pen. circa fi. C. de leg. her. vbi p illū tex. determinat q ꝯ suis statutū disponat qꝺ soziū nō succedat fratri, nō tñ intelligik statuere ecōtra, q frater nō succedat soziū. tñ sunt cōz relativa. ¶ † Scdo no. aliā regulā fm Bar. z alios. q idē operak ꝓpositū in ꝓposito qꝺ operak oppositū i opposito. l. fin. ff. de le. iij. gl. in l. secūdū naturā. ff. dē reg. iur. in quo dicas vt p Bar. in d. l. inter stipulantē. §. sacrā. ¶ Tertio collige aliā regulā qꝺ diminuto cōmodo diminuik ꝓportionabilr z onus, z ecōtra aucto cōmodo, augmētak z onus. facit. l. plautius. j. de cōd. z demon. z d. l. plautius. j. ad l. fal. ¶ Bl. fm Barto. z doc. diuidik i quatuoz. ¶ Jn ea. gl. ibi pupill⁹ cōiūctis tñ ꝑsonis. ¶ † No. ex prima parte gl. q subst. pup. tenek ꝑstare legata oibus ēt extraneis ꝯ suis etiā ipse pupillus in terminis huius. l. nō tenek, nisi cōiunctis ꝑsonis: rō diuersitatis est: qz pupillus ꝫta. venit cōtra iudiciū defuncti: ergo nō tenek ꝑstare legatū fm ozdinationē testamenti, qꝺ impugnat. sz solū tenek ꝑstare per edictū ꝓtoꝺ. de leg. ꝑstā. ideo nō tenek, nisi coniunctis ꝑsonis: sed subst. pup. succedit ex iudicio, z dispositiōe testōis: ideo tenek ꝑstare legata oibus: ista est ꝓpie fundamētalis rō. istā conclusionē gl. z cōsequēter istū intellectū rephēdit Ja. de are. z Old. vt refert Bar. sz defendēdo intellectū gl. rñ. ad istā iura allega. p Bar. z Jac. qꝺ loquunk de leg. reli. ab ipso pupillo. tūc verū est q subst⁹ non tenek in plus. sz iste ter. loquik de relictis factis ab ipso subst. put gl. hic ponit casum, z exꝓresse declarat gl. q ita defendik. z est tex. ad literā i. l. filium. in prin. j. de leg. prestā. z ita effectualiter rñ. Jmo. Rap. cu. z Are. hic, z ita realiter defendik intellectus gl. aliū tñ itel lectū ponūt Ja. de Are. Old. z sequitur Bal. hic contra istuz intellectū fortiter facit ter. in l. filiū. §. si legata. ff. de leg. ꝑst. vbi est ter. formalis cōtra istū intellectū. ꝺt ibi ter. q lucrū qꝺ facit filius nō ꝑstādo legata extraneis, facit lucrū suum, z facit sibi, z nō legatarijs: vñ perinde detrahit falcidiam ac si legata prestarent extraneis, z p illum ter. Jmo. Raph. cu. z cōiter Mod. repꝛehēdunt istuz intellectū, z postea Jmo. ponit aliū: teneas intellectum Ja. z Bar. ꝓo quo est ter. i l. filiū. §. fi. vbi ꝺt q illud qꝺ extraneis nō prestak, pdest coniunctis ꝑsonis, z ꝛō cōditio augek. vt ꝺt litera. z circa illū ter. valde insistunt Jmo. z Mod. sz verbis iuris suis relictis cōzdāt ista iura, vt p Bar. in d. l. filiū. §. fi. in vlt. so. quā cōzdāt̄ ipse ponit, aut em̄ loqmur in filio ꝑterito ꝫtab. aut in alio eius būficio: z tūc ꝓcedit ter. in d. §. si legata. q. qñ ipse filius ꝫta. nō teneret ꝑstare legata extraneis, pdest sibi, z nō cōiunctis ꝑsonis: ideo detrahik fal. a ꝑsonis coniūctis sicut si legata ꝑstaret oib⁹. ita formaliter loquik ter. in d. §. si legata. aut nō loqmur i filio preterito ꝫta. sed loquimur in filio instituto cui conseruak sua instō per ti. de leg. prest. qñ ipse nō vult ꝫta. būficio ꝑteriti: z isto casu, pcedit ter. in illa. l. filiū. §. fi. qz illud, qꝺ extraneis prestak pdest coniūctis ꝑsonis, qñ loqmur in filio cuius instō prestak p illū titulū. de leg. ꝑstā. ita loquik ille. §. fi. rō diuersitatis est, qz in primo casu filius hz necesse ꝫtabulare, z sic facto suo obtinere: z ideo illud, qꝺ obtinet sibi z nō cōiūctis pdest. secus in §. fi. z ibi declarat Bar. Tenēdo tñ intellectū gl. iducit Bar. ad determinationē no. q. † pater instituit filiū pup. z ei pupillariter subst. titiū: deinde reliquit vxoꝛē dñaz massariā. z vsuf. quo casu debes scire, qꝺ si hz filios oz solū alimēta habere: secus si non habeat: qz dicit gl. in aut. hoc locū. C. si scdo nupserit mulier ꝛc. Jsta gl. fm Bar. faceret q substitutus teneak ad integrū legatū. Bar. z doc. se remittūt vt p cū. Adde qꝺ cum distinctione Bar. in d. l. titia cū testamēto. §. fin. fm quā refert se consuluisse. Adde q ita cōsuluit Bar. in duobus cōsi. in cō fi. clxxxj. inci. Nicolaus ser Anlati. vol. j. z cōsi. lvj. inci. Bar. fecit testm. eod. vo. Jdē est de mēte Bar. in l. ij. ff. quib. mo. vsuf. ami. z ita oz intelligi qꝺ vult idē Bart. in l. si ita scriptū. p illū ter. ff. de manu. te. Ale. hic sequik distinctionē Būdicti de plūbino. in l. ij. ff. de manu. te. vbi in vltimo mēbro Bar. plenius. z pulchrius locutus est: ita z omnia dicta Aler. Adde q Bal. in l. volūtas. ad fi. C. de fideic. repꝛehēdit opi. Bar. in l. Titia. §. fi. inquantum vult. q si vxoꝛ relinquat dña z vsufk. donec caste vixerit, q subst. pup. tenek ꝑstare totum vsumfructū: qz tale legatum est conditionale: ergo. p sequētibus annis incip. in ꝑsona subst. ergo non attēdik amplius ꝑsona filij. z ꝺt Bal. se contrarium cōsuluisse. z ꝫnum tz: motus qꝺ subst. pup. non tenetur ad legata nisi tanquā heres pup. z sic ex ꝑsona pupilli. ergo non debēt teneri in plus quā teneatur ipse pupillus. p l. si fundum. §. si pater. ff. de leg. j. z l. sz imperatoz. co. ti. sed illud fundamētum Bal. non est tutū: qz confundik p istū ter. vbi legatum augek in ꝑsona subst. pu. Ité ꝫ ter. in l. cū patronus. ff. de leg. ij. Adde. q etiam cōtra Bar. in d. l. titia. §. fi. in vroꝛe membꝛo tz multum audacter Sal. in aut. hoc loco. C. si secundo nu. mu. vbi ꝺt. q ita de facto consuluit cōtra Bar. z q ita obtinuit sniam. Mouek precipue duplici fundamēto. ¶ Primo per rōnem Bal. quam ꝓxime retuli. Scdo z fortius q istud legatū relictū a filio censek repetitū a subst. pup. l. si fundū p fideic. §. si pater. de leg. j. sed repetitio de instituto ad substitutū censek facta cū eisdē qualitatibus. l. sz imperatoz. j. de leg. j. ergo quēadmodum a filio debenk solum alimenta vxoꝛi, z non vsusfructus: z ita cum eadē qualitate debebuntur solū a substituto pup. Confirmat Are. z subtilius. qz si diceremus q substitutus deberet vsumfructū. z filū solū alimēta: tūc non esset repetita qualitas, sed nec etiā substātia legati: qz aliud est legatum alimentoꝛum, aliud legatū vsusfructus, z sic in ꝑsona substituti esset nouū, z penitus diuersum legatū. tñ ꝺz fieri repetitio. ad istud arg. Sal. de repetitiōe, qz censek fieri cū eisdē qualitatibus. conak Are. hic rñdere, z vtik varijs verbis, z in effectu. h. d. qꝺ regula q̄ hz qꝺ repetitio ꝺz fieri cū eisdē qualitatibus, pcedit, nisi diuersitas personarū instituti, z substituti faciat aliud presumi vt est hic. in filio z extraneo: nā non est tāta fauoꝛ in extraneo ꝓout in filio. sz ergo fiat repetitio legati in gñe nō tñ fiet repetitio eiusdē qualitatis in spē: qz nō est idē fauoꝛ. ad hoc alle. gl. in c. vt commissi. in verbo onerib⁹. de here. in vj. vbi gl. no. vult qꝺ qñ due oꝛationes regunk ab eoꝺē verbo qualitas adiecta in cap. ꝑce. nō vr repetita in sequēte. qñ non est eadē rō. ꝑ hoc etiā alle. ter. in l. q filio. §. ij. ff. ti. vbi Bal. z Mod. vbi ꝓbat. q sz cōditio adiecta hr̄di videtur repetita in subst. istud non est verū. qñ cā inductionis cessat in eo. Jstud est. qꝺ in effectū intendit Are. rñdere, poterat allegare ꝑ ista sol. bonū ter. vbi ꝓpter diuersitatē fauoꝛis illud statuitur in instituto, aliud in substituto. l. cum patronus. ff. de leg. ij. Ego aliter z clarius respondeo huic fundamento Bal. Et in quantum dicit. q repetitio fit cū suis qualitatib⁹, respondeo hoc esse verū qñ est qualitas, que ꝓuenit de iure cōi ex dispositione testōis: fateoꝛ, q illa intelligik repetita in substituto fm tū ea que tradunk in l. sz imper. j. de leg. j. secus qñ est qualitas que insurgit ex priuilegio ꝑsone, qz tūc non fit repetitio talis qualitatis extrinsece: nō procedētis ex dispōne hois ne ex dispōne iuris cōis, vel singularis priuilegio, qꝺ priuilegiū censek coherere persone. ideo non extendik p regulā. l. qz tale. z ibi tradik p Bar. z alios. ff. so. mat. qz regulariter priuilegiū personale non extēd. k ad extraneū heredē. z iste est ꝓpie casus noster: nam qñ maritus relinquit vxoꝛē dñam Massariam, z vsufr. omniz bonoꝛū, certe talis vxoꝛ deberet habere integrū legatū vsusfructus, ex quo testatoꝛ reliquit: z nihil repugnat. tū si supersunt filij, z consuetudo interpretata est, q vxoꝛ habeat solū alimēta ꝫ significationē ꝛbōrū. illoꝝ est ꝫ spāle priuilegiū filioꝝ: z ista qualitas indulgetur speciali priuilegio ipsius filij: ergo non extendik ad extraneū hr̄dē. Confirmak. qz talis ꝙsuetudo ꝺz stricte intelligi, z restringi in ꝑsonis filioꝝ: qz interpretata est ꝫ vim verboꝝ: nec est extendēda ad aliquē casum per regulam glo. z Bar. in l. §. si quis hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priua. cū suis concoꝛdan. z ista responsio est magis expedita, z mihi plus plz. Quid tenēdum: Jmo. z Are. hic sequuntur opi. Bar. in d. titia cū testamēto. §. fi. z ad illā Jmo. nihil addit. Sed Are. ꝓ confirmatione opi. Bar. addit bonā rōnēmā aduertendū est q Bar. simplr formaꝛ. q. qñ maritus reliquit vxoꝛē dñam Massariā, z vsufructuariam, z non aperit an tale legatū reliquerit a filio pupillo, an a substitutio eius. Sed regula qꝺ legatū simplr relictū intelligik relictū a substituto, z nō ab eius pupillo: vt no Bar. in l. q duos. z ibi videmus. j. e. traditur per oēs in l. si fundum per fideicō. §. si. vbi ter. iuncta. l. seq. j. de leg. j. si ergo istud legatū censek relictū a substituto, z non ipso pupi. ergo considerabik persona substituti, z non pup. sed substitutus est extraneus: ergo tenebik ad integrū legatū vsusfructus, qꝺ cōfirmat per ter. in l. si fuerit. §. j. ff. de leg. iij. vbi onus fideicō. vz in heredibus heredū, qꝺ non valuisset in primo. ista est subtilis rō. p quam tenet opi. Bar. Sed caue, circa istud fundamentū Are. Primo, qz non est sine dubio, vtrum legatum in dubio cēseak relictū a filijs, vel a substituto. z contrariū tenuit idē Bar. in l. coheredi. §. cum filie. j. eo, vbi dicek de hoc. Scdo aduerte. q si verū esset fundamentū Are. sequereꝛ, qꝺ etiā in primo casu Bar. substitut⁹ teneret ad plenū vsumfr. z Bar. vult. q teneatur solū ad alimenta, tñ ad hoc vltimum statum rñdet. Adde etiā, q Bal. hic indistincte tz, q sz filius nō teneak matri, nisi ad alimēta: tū substitutus indistincte tenebik ad plenū vsumfructum: eo qz substituturus tenek ex sua ꝑsona ex tacita repe-

tition

